

## 4. Nunc reges intelligite

Cantoral IV, f. 24r  
Breviarium, f. 313v

Ps 2: 10-11

ANT. I

Nunc re - ges in - tel - lí - gi - te:  
E - ru - dí - mi - ni om - nes, qui ju - di -  
cá - tis ter - ram. Sér - vi - te Dómi - no in ti - mó - re

Fine

Salmo

-1 D.C.

### Salmo 2

1. Quare fremuerunt **gentes**, \*et populi meditati *sunt inánia*?
2. Astiterunt reges **terrae**, \*et principes convenerunt in unum adversus **Dóminum**, \*et adversus *christum* ejus.
3. Dirumpamus vincula **eórum**, \*et projiciamus a nobis *jugum ipsórum*.
4. Qui hábitat in caelis iridebit eos, \*et **Dóminus subsannábit** eos.
5. Tunc loquetur ad eos in ira **sua**, \*et in furóre suo conturbábit eos.
6. Ego autem constitutus sum rex ab eo super **Sion**, \*montem sanctum ejus, praedicans *praecéptum* ejus.
7. **Dóminus** dixit **ad** me: \*Filius meus es tu; ego *hódie* **génui** te.
8. Póstula a me, et dabo tibi gentes haereditátem **tuam**, \*et possessiónem tuam *términos* **terrae**.
9. Reges eos in virga **férrea**, \*et tamquam vas figuli *confringes* eos.
10. Et nunc, reges, **intelligite**; \*erudimini, qui *judicátis* **terram**.
11. Sérvite **Dómino** in **timóre**, \*et exsultate ei *cum tremóre*.
12. Apprehéndite disciplinam, nequándo irascátur **Dóminus**, \*et pereátis de *via* **justa**.
13. Cum exársarit in brevi ira **ejus**, \*beáti omnes qui *confidunt* in **eo**.
14. Glória et honor Patri et **Fílio**, \*et **Spirítui Sancto**, \*in saécula saeculórum. Amen.

Antífona: Nunc reges intelligite